*conclusiones illas quas, in peregrinatione non mihi improbanda, accepisti apud Zynglium* <sup>47</sup>, *è Vratislavia ad ipsum perlatae* <sup>48</sup>; *et mirum est quàm consono spiritu de verbo Dei, de summo Christi sacerdotio, de matrimonio omnia dicantur* <sup>49</sup>! Regnet ubique Christus. obtineat ubique verbum ejus! Accepi insuper literas à *Bleto* <sup>50</sup>, plurimum consolatorias, de illa vestra peregrinatione. Munuscula quædam literaria, operâ, haud dubito, *Æcolampadii* emissa, cùm latina tum hebraïca, nondum accepi, accepturus propediem cum *Joannis Parvi* <sup>51</sup>, bibliopolæ, è *Lugduno* recepti fuerint libri.

Charissime, unum est cujus te admonitum volo. Cum ad nos, me videlicet et *Girardum*, mittis libros, scribe precia. ut possimus dare vectori aut cui voles. Insuper scribe nobis, *quibus rebus indiges in alieno solo, quamvis amico et Christiano*, ut possimus tibi de penuria nostra subvenire, et per quos. Malent aliquando mercatores non nihil hic pecuniarum posse recipere, quàm illas secum per viam deferre. Si te juverint, visis literis tuis, quidquid poterimus, nostra tua sunt. Id de me tibi polliceor. vitam præstante Domino.

*De officina nostra* <sup>52</sup> justè conquereris, et ego conqueror, et *Robertus* <sup>53</sup> frater, ad quem dedisti, ut ad me scribit, literas. Sed

<sup>47</sup> Consultez sur ce voyage de Farel à Zurich les notes des deux lettres d'Æcolampade du 14 et du 15 mai 1524.

<sup>48</sup> Zwingli fait mention de l'auteur de ces *Thèses de Breslau* dans sa lettre du 16 mai 1524, adressée à Vadian : « Scribit ad nos quidam *Jo. Hessus*, theologus *Vratislaviensis*, homo tersus sanè et alacer, exigitque à nobis literas. » (Zuinglii Opp. VII, 342.) Les thèses en question sont datées de Breslau, le 20 avril 1524.

<sup>49</sup> Cette *adhésion de Le Fèvre à la doctrine de Jean Hess* nous paraît tellement explicite, que nous croyons devoir reproduire en entier les thèses du docteur de Breslau comme étant l'expression des convictions de Le Fèvre lui-même. On les trouvera à la suite du présent N<sup>o</sup>.

<sup>50</sup> Cette lettre d'Antoine du Blet était sans doute datée de Lyon. (Voyez les lettres du 7 octobre et du 28 décembre 1524.)

<sup>51</sup> *Jean Petit*, libraire de Paris, parent de Guillaume Petit, confesseur du roi. (V. la lettre de Budé à Érasme, 5 février 1517. *Le Clerc*, p. 168.)

<sup>52</sup> Il veut parler de l'imprimerie qu'exploitait à Paris *Simon de Colines*, lequel possédait en outre un établissement à Meaux. (Voyez le N<sup>o</sup> 49, note finale.)

<sup>53</sup> *Robert*, le second des fils du célèbre imprimeur *Henri Estienne I*. Il était né à Paris en 1503. Ses relations avec Farel et le témoignage que Le Fèvre rend plus bas à sa piété donnent lieu de croire qu'il avait déjà embrassé les doctrines évangéliques. Il se distingua de bonne heure par une

*compater ille domus* <sup>54</sup> quem scis, omnia evertit. et nunc sic occupat domum. ut nihil nisi sordidum emitti possit. *Robertus*, credo, ad te scribet, qui animo est Christianissimo. Sed *dabit aliquando Deus. ut purum possimus cernere lumen. Nunc, nunc nihil, nisi tenebræ.* saltem præter paucos, *apud illam*, olim claro nomine, *Lutetiam* <sup>55</sup>! *Carolus* <sup>56</sup> illic satis purè *evangelizat*, etiam *illic lecturus populo*, ut in diocesi Meldensi, *vulgares Paulinus epistolas* <sup>57</sup>. Utinam verbum Dei vulgarium pectus subintret! Satis id esset, ut de reliquo bene sperandum esset. Faciet Christus opus, et non homo.

Charissime frater, per Jesum Christum te oro, esto epistola mea ad mihi omnium in Christo chariss[im]os fratres, amicos, D<sup>nos</sup> *Œcolampadium, Pelicanum, Hugaldum*. Scripsissem ad eos, sed nescio an tempus, an ætas, me prorsus reddit ad scribendum invalidum. Literæ hæ ad te testes sunt, quæ nullo ordine currunt. Itaque meæ illis fuissent, alioqui melioribus studiis occupatis, tediosæ. Scribam tamen, id annuente Christo, cum vires paulo fuerint vegetiores. *Christus Jesus, vita nostra*. sit omnium vestrum salus æterna! Meldis, vj Jullii 1524 <sup>58</sup>.

Frater tuus ex animo J. FABER.

édition in-16° du Nouveau Testament latin, publiée en 1523 chez Simon de Colines, son beau-père, et dont la révision, ainsi que l'exacte correction, lui est entièrement due. Vers 1524 il était occupé à recueillir dans plusieurs anciennes bibliothèques de Paris les matériaux d'une nouvelle et meilleure édition de la Bible latine. Deux ans plus tard il fonda, pour son propre compte, l'imprimerie qui a rendu son nom célèbre. (Voyez Renouard. Annales de l'imprimerie des Estienne. Paris, 1843, in-8°, p. 283.)

<sup>54</sup> *Simon de Colines* ou *Colinet*. Il avait épousé en 1521 la veuve de Henri Estienne, auquel il succéda comme chef de l'imprimerie. « Il est probable (dit Renouard, op. cit. 279) qu'à la mort de Henri, Simon de Colines étoit son associé, et ainsi se trouvoit copropriétaire de l'établissement. »

<sup>55</sup> Voyez la lettre de Canaye du 13 juillet suivant.

<sup>56</sup> *Pierre Caroli*, natif de Rosay en Brie, docteur de Sorbonne. (Voyez le N° 81, note 3.)

<sup>57</sup> Le fait est énoncé plus exactement dans cette phrase de la lettre suivante : « *Carolus ... populo Paulum interpretatur.* » C'était dès la fin de mars, que Pierre Caroli avait commencé à lire, dans l'église de St.-Paul à Paris, l'Épître aux Romains traduite en langue vulgaire. Les hommes et les femmes qui assistaient à ces exercices religieux d'un nouveau genre apportaient avec eux leur Nouveau Testament français. (Voyez le N° suivant, à la fin, et dans la lettre du 5 octobre 1524 la note relative à Caroli.)

<sup>58</sup> Le millésime est de la main de Farel.

(P. S.) Ne tamen obliviscatur *Robertus* ad te dare aliquid literarum, mitto cum meis duplum earum quas ad me misit<sup>59</sup>, ut intelligas quid nunc moliantur in officina. Vale rursus in Χριστῷ Domino.

(A la suite de cette lettre se trouve sur la dernière page l'apostille suivante :)

G. Farello. A. Coctus.

Depuis que je vous ay escript<sup>60</sup>, *Conrad*<sup>61</sup> m'a dict que *Maigret*<sup>62</sup> a laissé son habit, et qu'il l'a veu, à *Paris*, abillé comme ung gentilhomme avec son frère<sup>63</sup>. Dominus tecum.

(*Inscriptio* :) Guillelmo Farello amatori Christi, fratri charissimo, Basileæ

Basilee.

(Sur l'adresse on lit cette note autographe de Farel :) • *Jacobi Fabri Stapulensis epistola.* •

THÈSES DE JEAN HESS APPROUVÉES PAR LE FÈVRE\*.

Kapp. Nachlese, Theil II, 606.

D. Johannes Hesus, Christianæ Theologiæ Professor, Canonicus et Parochus Vratislaviensis, de subjectis Axiomatis, pro veritate inquirenda et timidis conscientis consolandis, disseret. M. D. XXIII.

• Vidi prævaricantes et tabescebam, quia Eloquia tua non custodierunt. • Psal. 118.

*De Verbo Dei.*

1. Ut verbo Dei omnia creata sunt, per ipsumque portantur et

<sup>59</sup> Cette copie de la lettre de Robert Estienne à Le Fèvre n'a pas été conservée.

<sup>60</sup> Lettre perdue. Le présent billet autographe est la première pièce de la correspondance du chevalier Coct.

<sup>61</sup> Resch, le libraire.

<sup>62</sup> *Aimé Maigret*. (Voyez la lettre de Farel du 2 avril, note 9, et celle du 31 juillet.) Il reprit bientôt ses prédications à Lyon. (Voyez la lettre de Coct du 17 décembre 1524.)

<sup>63</sup> Nous ignorons si ce frère du jacobite de Lyon est *Laurent Maigret*, dit *le Magnifique*, valet de chambre du roi en 1520, *Lambert Maigret*, ambassadeur en Suisse, ou un troisième Maigret, frère de ces deux personnages et conseiller au Parlement de Paris.

\* Voyez plus haut les notes 48 et 49. *Luther* écrivait à Spalatin, le 11 mai 1524 : « Vratislaviæ disputatio Joannis Hessi processit feliciter, frustra resistentibus tot legatis Regum et technis Episcopi. » (Luthers Briefe. De Wette, II, 511.)

reguntur, continentur, contemperantur, consistunt et foventur, ita verbo Dei omnia obedire, adherere, subjicique et illius in se efficaciam operantem pati jure debent.

2. Quia unice et solum per verbum Dei conscientiae hominum pavidæ nutriuntur, pascuntur, consolantur, animantur, eriguntur, vivificantur, unice etiam et solum Dei verbum predicari ebuccinatrice, ac per illud omnis homo admoneri et doceri debet.

3. Quia verbum Dei mundum est et examinatum ac purgatum nimis, nullis hominum decretis aut traditionibus, aut elementorum mundi statutis, debet impurari.

4. Quia lucerna pedum lumenque semitarum, et gressuum est directio, ideo cum illius lucerna accensa sit, subter modium poni non debet, neque a quoquam illius lumen obfascari aut extinguui, sed ut super candelabrum ponatur, luceatque omnibus qui in domo sunt, cooperari et adjuvare omnes tenentur.

5. Quia cursor et nuncius est voluntatis et gratiae Dei ac salutis impiorum velociter currens, ideo illius cursus a nemine debet aut turbari aut impediti; sed totis viribus illi adesse, illius cursum promovere, et, ne vacuum revertatur ad Dominum, sed ut prospere- tur in his ad quæ missum est, studere et conari debent omnes.

6. Istud imprimis excellentes potestates et principes, qui Dei Ministri sunt, subditis in bonum prestare tenentur, id est, curso- rem Domini sui, verbum, inquam, Dei in cursu adjuvare, non au- tem à cursu retrahere, seu moras illi nectere. Si diversum faciunt, Deo et Domino suo resistunt, infideles servi sunt, et damnationem sibi asciscunt.

7. Etiam, cum ad omnes nuntius ille mittatur, atque ad omnes communiter illius nuntium pertineat, omnes de verbo et nuntio salutis loqui, audire, disserere, commentari, et absque ullo cujus- piam impedimento publice et privatim tractare libere possunt.

8. Insuper, cum pabulum sit et nutrimentum commune, quo omnes indigent esurientium et sitientium stomachi, id est con- scientiae et corda, illo sunt replendi, ab omnibus est manducandum, ruminandum, conterendum, atque absque cujusvis prohibitione in corda et conscientias trajiciendum, et, ut innascatur ac coalescat, ingerendum.

*De summo Christi sacerdotio.*

1. Christus a Deo Patre per sermonem jurisjurandi sacerdos, secundum ordinem Melchisedech, in æternum constitutus, una pro peccatis oblata victima, domui Dei præfectus, perpetuo sedet ad

dexteram Dei, ac manet sacerdos in æternum consummatus, unicus et solus, perpetuumque habet sacerdotium.

2. Præterea salvos facere ad plenum potest, qui per ipsum adeunt Deum, semper vivens ad hoc, ut interpellet pro illis.

3. In diebus vero carnis suæ, quando tradidit et obtulit se ipsum pro nobis oblationem ac victimam Deo in odorem bonæ fragrantiae, idem sacerdos ac victima fuit, pontifex magnus et agnus immaculatus, tollens peccata mundi.

4. Atque unica hac oblatione sui ipsius et sola hac immolatione proprii corporis semel peracta, æternam redemptionem invenit.

5. Quin etiam eadem unica oblatione peccatum profligavit, et perfectos effecit in perpetuum eos qui sanctificantur, neque est ulla alia hostia pro peccatis universi generis humani.

6. Sicut autem semel peccato mortuus est, et semel pro peccatis passus fuit, justus pro injustis, ut nos adduceret Deo, ita semel duntaxat oblatus est, semel etiam omne sacrificium peractum est, neque postea unquam oblatus aut sacrificatus fuit, neque offerri aut sacrificari, seu hostia fieri, sicut nec mori nec pati unquam in æternum poterit.

7. Idcirco Missa et illius peractio sacrificium esse non potest (alioqui oportuisset Christum sæpius passum fuisse a condito mundo, itemque occisum et mactatum), sed illius duntaxat semel peracti sacrificii ac testamenti per sacerdotem et hostiam facti commemoratio.

8. Id quod Christi ipsius et Pauli verba indicant, consonatque Chrysostomus.

9. In ea autem commemoratione non ullis ceremoniis aut vestium apparatus, aut aliis externis ritibus, sed fide vera opus est; in ea enim sola testamenti et sacrificii participes efficimur.

#### *De Matrimonio.*

1. Matrimonium, quod à Domino Deo, in opere creationis omnium rerum, est institutum, in quo Patres, Patriarchæ et Prophetæ viventes Deo complacuerunt, quod Christus evangelico nuncio comprobavit, præsentiaque sua illustravit, Apostoli et Martyres amplexi sunt, atque tota Scriptura divina collaudat, admittit licitum, liberum et publicum facit, — licitum adhuc etiam, liberum ac publicum esse, et ab eo nullum hominum genus arceri, magis autem omnes admitti debuerunt et debent.

2. Qui contrarium faciunt, et prohibent, Deum patrem, à quo

omnis parentela nominatur in celo et terra, contemnunt, verbo suo non obediunt; ideoque filii ejus esse non potuerunt, neque unquam hæreditatis celestis futuri sunt consortes.

3. Qui contrarium docent, doctrinam docent quam didicerunt attendentes spiritibus impostoribus ac doctrinis demoniorum per simulationem falsa loquentium et cauterio notatam habentium conscientiam.

4. Ad matrimonium omnibus amplectendum omnibusque permitendum quamvis innumera cohortentur invitamenta, tamen et illud non postremum est, quòd Mysteriorum illius magni quod est in Christo et Ecclesia significationem, representationem et jugem admonitionem continet et proponit.

•Pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum. •  
Psal. I, etc.

Vratislaviæ, die xx mensis Aprilis, M.D.XXIII.

## 104

GÉRARD ROUSSEL à Guillaume Farel.

De Meaux, 6 juillet 1524.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 411 a. C. Schmidt,  
op. cit. 171.

SOMMAIRE. Vous avez prévenu par votre lettre les plaintes que je me préparais à vous adresser au sujet de votre silence, et que j'avais déjà faites à vos amis de Paris. *Le Fèvre* a bien reçu les ouvrages de *Lonicerus* et de *Zwingli*. Plût à Dieu que la *France* possédât beaucoup d'hommes pareils à ces deux-là! *Le vrai culte de Christ*, obscurci par les traditions de Rome, serait alors ramené à la simplicité évangélique. Aujourd'hui, comme au temps des Apôtres, cette œuvre de rénovation doit s'accomplir par les simples et par quelques hommes pieux que Dieu s'est réservés au milieu des savants. *Ecolampade* est de ce nombre; combien mon âme serait fortifiée par des relations personnelles avec ce pasteur intrépide!

Une foi puissante pourrait seule me rendre capable de publier, comme vous me conseillez de le faire, des thèses contraires à la doctrine des théologiens de Paris. La rétractation de *Mazurier* et de *Caroli* et le décret d'arrestation lancé contre des *évangélistes* montrent combien il est difficile de braver les censures de la *Sorbonne* et les arrêts du *Parlement*. Jusqu'ici je ne connais personne, parmi nous, qui ait eu assez de courage pour attaquer de front les inventions des hommes. *La parole divine*

il est vrai, est purement prêchée dans quelques lieux, mais nous n'avons pas la constance qui fait mépriser la mort.

J'approuve en général vos idées sur l'élection des pasteurs et je voudrais les voir admises partout. Dans votre seconde lettre, qui m'apprend votre voyage à Zurich et vos entretiens pieux avec Zwingli, vous m'exhortez de nouveau à soutenir une dispute publique. Je demanderai à Dieu de m'en accorder la force. Dites-moi, en attendant, de quelle manière ces discussions se passent en Suisse. Les notables de Meaux, qui vous font assurer de leur amitié, désirent comme vous qu'on répande dans le peuple des traités religieux en langue vulgaire. Il nous faudrait pour cela un imprimeur à nous et des caractères que vous enverriez de Bâle. Mon temps est entièrement rempli par les prédications et les instructions que j'adresse à toutes les classes de la population de Meaux. Clichtow, qui était jadis des nôtres, soutient aujourd'hui le pharisaïsme et va publier des livres contre Luther. Pussions-nous voir grandir l'amitié qui nous unissait déjà avant la manifestation de l'Évangile!

Girardus Ruffus Guillelmo Farello gratiam et pacem in Christo!

Cum nuper me Parisium recepissem<sup>1</sup>, querebar apud amicos quos istic habes precipuos, quòd nihil scripsisses, a me licet provocatus per literas, hancque meam querimoniam decernebam tibi per literas indicare. Sed anteventisti querendi locum tuis proximis literis<sup>2</sup>, quibus, sub ipsum exordium, scribis noscere te quid cause intercesserit ut ne tantillum quidem literarum scripserim, ac, cum interim nostrum silentium per occupationes quæ me integrum habeant, excusare pergas, non desinis tamen a me expostulare crebras literas, quod me facturum lubens ipse recipio, qui nihil tam optem quàm utrosque rescire quæ agantur utrinque.

Et ut ad tuas literas respondeam primum, recepit Faber, pius juxta ac doctus vir, catechesin Leonicensi [l. Loniceri]<sup>3</sup>, ac de eunone misse libellum Zyngli<sup>4</sup>, virorum quidem de christianis literis bene meritorum, quorum lectione non parum delectatus sum<sup>5</sup>. Atque utinam aliquot illis similes haberet Gallia per quos disceret Christum purè, utpote rejectis hominum frigidis commentis, et solo nra verbo fidei, colere! Nam dici non potest quàm cupiam nostros ab evangelica simplicitate nusquam ex-cidere, ad Christi simplicem regulam suos formare mores, id quod audio apud vos fieri, sed reclamantibus interea hujus mundi sa-

<sup>1</sup> La lettre suivante mentionne ce voyage de Roussel à Paris.

<sup>2</sup> Nous n'avons trouvé nulle part aucune lettre de Farel adressée à Roussel.

<sup>3</sup> Voyez la lettre de Le Fèvre du 20 avril, note 4.

<sup>4</sup> Voyez la lettre du 20 avril, note 14.

<sup>5</sup> C'est une nouvelle preuve de la faveur avec laquelle les disciples de Le Fèvre accueillèrent les ouvrages des réformateurs allemands.

pietibus<sup>6</sup>. denique iis per quos non oportuit negocium Christianum promoveri. ne quid humanis presidiis et non integra rei summa divinæ virtuti ascriberetur. Infantes sint et lactentes, vasaque fictilia ac penitus abjecti, oportet. per quos *divina laus Deique purus cultus, dudum demonii meridiani<sup>7</sup> traditionibus obscuratus*. novetur ac proficiatur; id quod tum quoque fuit, cum cepit res agi per Christum et suos apostolos.

Sic magis confunduntur mundi principes ac sapientes, cum prospiciunt illiteratos ac idiotas despectiss[imos] ad istud perfectionis culmen, se neglectis, evehi, ad suam et aliorum prefici instructionem per spiritum quos a se instituendos miro ducunt supercilio. Istud nihil me male habet quod scribis, « *simplices et idiotas christiane rei novande antesignanos esse, infatuari ac desipere prorsus quos homines hactenus pro doctissimis habuere* : » quod sit patenti argumento, spiritum illum qui nisi super humiles, contritos ac tremantes sermones Dei requiescit, in illis operari, ac jamjam instare tempus quo per abjectos evangelicum provehat negocium, utpote quos sit missurus per universum orbem, *perinde ac sub Christianismi initio* paucos dimisit apostolos in orbem terre. Sed tunc quoque sibi quosdam è sapientibus servavit, sed qui, semoto supercilio, adempta omni prorsus fiducia in se, in sua sapientia, honore et talibus, se totos humillimo Christo permiserunt, in quem sua rejecerunt, ut, admirando commercio, pro stercore aurum, pro injustitia justitiam, pro insipientia sapientiam, pro morte vitam, pro viciis virtutes, pro damnatione et inferno salutem ac celum, pro nihilo denique omnia reciperent a Christo, qui in hoc suis veluti se exiit vestimentis, nostra accepta forma, ut illorum nos faceret participes, illisque nostram tegetet nuditatem, ac demum nihil vereremur vocem vultumque Dei.

Ad quem modum et hoc etiam tempore quosdam sibi servat in bonis, quas vocant, literis, apprime doctos, inter quos arbitror esse *Œcolampadium*, qui, cum sit omni doctrinæ genere cumulatissimus, ut vix haberi possit cui conferatur, totum se Christo permisit, ut illis neglectis quæ mundus in precio habere solet, *solum Christum* amplectetur, magnificiat<sup>8</sup>. Quod de viro audisse per tuas literas fuit gratissimum, quem utinam mihi liceret de facie nosse.

<sup>6</sup> Farel avait sans doute dépeint à Roussel l'opposition que l'Évangile rencontrait à Bâle de la part d'Érasme et de plusieurs docteurs de l'université.

<sup>7</sup> Allusion évidente à la cour de Rome.

<sup>8</sup> Voyez l'éloge d'Œcolampade dans la lettre précédente.



conspicari mores, christianam conversationem ac intrepidum verbi Dei ministrum! Libri quidem quos in lucem emisit nobis virum exprimunt Christianum minimeque fucatum <sup>9</sup>. Sed *nescio quam occultam habet energiam ad animi robur, ipsa consuetudo cum intrepidis Christianis; nam quod scripto adhortaris, ut ventres Parisinos <sup>10</sup> adoriar, affixis e Christi officina positionibus*, quibus nihil conveniat cum Sorbona, quæ hactenus credita est unicum theologorum asylum, *non parvum exigit fidei robur*. ac alia spiritus manifestatione opus esset quàm sit ea quam hucusque sensi in me. Hortaris, ut unus homuncio qui hactenus pene latuit, qui nullam expertus est harenam, mox summos orbis vulgò creditos, eosque quàm plurimos, adoriatur in harenam vocatos, mox ex diametro ipsorum literis adversetur ac statutis, adhuc autem det operam libros imprimi in gallica latinaque lingua, quibus errores ipsorum convellantur qui hucusque pro receptissimis habiti sunt. Quasi tu ignores *decretum Parisini Senatus quo cautum est ne quis invulgare libros theologie audeat, nisi antea approbatos a Facultate Theologie Parisinæ <sup>11</sup>*; ut nihil hodie apud nos imprimatur non sorbonicum, neque imprimi queat. Age, jam qui fieri potest quod petis, cum Senatus a parte theologorum stet, ut quod hi decreverunt cunctis comprobet calculis? Et, ut quod dico verum putes, aperiam quod superioribus diebus apud nos acciderit.

Emissa per magistros nostros determinatione qua convelluntur *articuli Meldis evulgati <sup>12</sup>* (hanc dudum ad te missam curavi), vocan-

<sup>9</sup> Roussel avait sans doute reçu quelques écrits du réformateur bâlois par l'intermédiaire de Farel. Ils faisaient peut-être partie de cet envoi de livres mentionné par Le Fèvre dans sa lettre du 20 avril. Les principaux ouvrages publiés par Ecolampade avant le commencement de l'année 1524 sont les suivants, tous imprimés à Bâle: De risu paschali. 1518, in-4°. — Quod non sit onerosa Christianis confessio. 1521, in-4°. — Sermones de gaudio resurrectionis et mysterio tridui. 1521, in-4°. — Textus libri Geneos secundum LXX. interpretes. 1523. — Sermo de non habendo pauperum delectu. 1523, in-4°. — De passione Domini, de venerando et laudando Deo in Maria, de invocatione Divorum contra [Joannem] Fabrum. 1523, in-4°. — Enchiridion græcæ literaturæ. 1523, in-8°. — De erogatione elemosynarum. 1523. (Voyez Athenæ Rauricæ, p. 15.)

<sup>10</sup> Les docteurs de Sorbonne. Farel avait engagé Roussel à rédiger des thèses formulant la doctrine évangélique, et à les publier en provoquant les théologiens de l'Université à une dispute solennelle.

<sup>11</sup> Voyez le N° 102, note 5.

<sup>12</sup> Nous ne savons ce qu'il faut entendre par ces « articles publiés à Meaux », à moins que ce ne fussent diverses propositions qu'on avait relevées dans les sermons des prédicateurs évangéliques appelés par Briçonnet.

tur ad sua comitia *Martialis*<sup>15</sup> et *Caroli*<sup>14</sup>, ipsisque primùm indicitur palinodia, ac inde petunt determinationem per eos approbari, ni rejici velint à gremio Facultatis et omnibus ipsius prandiis, etc. A quo eximi cum onerosum ac grave sibi suaderent, ut discas vel ex hoc quàm frigidè nostros habeat spiritus, petitioni acquiescunt approbantque quæ prorsus spiritui adversantur, quamquam hoc aiunt fecisse se, non tam timore acti ne à Facultate exciderent, quàm ne gravius per Senatum in eos animadverteretur. Nam hoc moliri Senatum rumor quidam increbuerat, qui non fuit omnino vanus, ut subinde rei probavit exitus. Si quidem *Lise[fo]*<sup>15</sup>, patrono regio, apud Senatum promovente negocium, senatusconsulto decretum est, *quattuor ex urbe Meldensi in carcerem conjiciendos*, inter quos erant *Martialis* ac *Moysi*<sup>16</sup>; tibi probe notus est uterque, reliquos duos non novisti. Aberat *Moysi*, itemque *Marcialis* secesserat, intellecta re per amicos; captus est duntaxat unus<sup>17</sup> qui multa cum ignominia, ligatis pedibus manibusque, ceu mox in ignem conjiciendus ducitur *Parisium* ac inter primos malefactores recluditur: quærentur interim alii et precipue *Moysi*, quem omnino volebant exurere. Fiunt alie quoque informationes, per quas *contendunt Fabro, mihi et ne episcopo*<sup>18</sup> *quidem parcere*. Et nisi *D[ominus] Meld[ensis]*<sup>19</sup> unà cum *sorore Regis*<sup>20</sup> omnem impendisset operam, vix citra flammam processisset res, quæ, Deo ita volente ac nostre infirmitati consulente, feliciter terminata est.

Ceterùm *non est inventus qui viriliter à parte Dei staret in ever-*

<sup>15</sup> *Martial Mazurier*. Voyez le N° 3, n. 6, et le N° 81, note 3. Il était docteur en théologie depuis l'an 1517.

<sup>14</sup> *Pierre Caroli* (Voyez le N° précédent, note 56). Les sermons pour lesquels il fut alors dénoncé à la Sorbonne avaient dû être prêchés à Meaux pendant l'hiver, puisqu'il était de nouveau fixé à Paris depuis la fin de mars. (Voyez le N° précédent, note 57.)

<sup>15</sup> *Pierre Lizet*, avocat du roi et plus tard premier président du parlement de Paris.

<sup>16</sup> Ce *Moysi* « bien connu de Farel » est peut-être *Michel d'Arande*.

<sup>17</sup> Il est difficile de dire à qui ces paroles se rapportent. On ne peut les appliquer ni à *Mazurier* ni à *Pawan*. Le premier, ainsi que le dit Roussel, avait réussi à prendre la fuite; le second était personnellement connu de Farel, comme le prouve la lettre du 5 octobre (1524). Mais en comparant le passage actuel avec celui de la lettre précédente où Le Fèvre parle du grand péril auquel *Du Mesnil* vient d'échapper, on est conduit à penser que c'est du même personnage qu'il est ici question.

<sup>18</sup> — <sup>19</sup> Guillaume Briçonnet.

<sup>20</sup> Marguerite d'Angoulême.

*tenulis hominum constitutiunculis*, id quod Christiano negotio maxime expedit. Nondum obtineri potuit ut infringeretur quod sanxit Senatus de libris imprimendis, etiamsi in hoc sudatum sit plurimum; ut jam non subsit via qua queat expleri quod petis, nisi spiritus ille qui omnia potest, corda inflammet ac aliam nobis suggerat constantiam, per quam nihil persecutiones, tormenta, ignem et quodcumque aliud mortis [genus] exhorreamus: quod vestris concedi precibus tam petimus ut qui maxime. Nihil moramur episcopos, sed Senatus nos male habet, qui non permittit idiotis suggeri libros, cum interim verbum Dei in aliquot locis sincere tractetur<sup>21</sup>, sed deest constantia quam istic esse prædicas, citra quam tamen non est ut consulam cuique audendum.

Pastoris munus, ut neque nomen, non arrogo mihi, etiamsi in numerato habeam solos haberi [pastores] quos ad ministerium verbi deligit spiritus. Non agam tecum in re de qua nolim quemquam digladiari, cum nobis hoc agendum sedulò, quò verbum Christi annuncietur, ut maxime nulli suus decedat honor. Certum est Philippum diaconum, ab apostolis designatum in ministerium pauperum, gratiam habuisse verbi, ut fidem facit liber Actorum; tamen, utcumque suo ministerio fidem recepissent Samaritani. duxerunt apostoli mittendos Petrum et Joannem, ut impositis manibus reciperent spiritum, perinde ac si non haberet Philippus idem donum quod apostoli, aut, quod magis placet, ne quicquam tibi dissentiam, in hoc missi sunt ut illorum assensu concordi cum Philippo Samaritanorum fides roboraretur. Nec mihi displicet ordo in ecclesia: sed hunc solum amplector quem exhibet ac requirit spiritus, quicumque tandem sit, ne infirmos nactus oculos cogar deinde in luce meridiei cecutire. *Presbyteros a populo deligi mihi probatur*, sed requiro antea populum fieri christianum et Dei agi spiritu, qui, si desit, non video qui ita succurri possit christianæ rei, cum scindatur incertum studia in contraria vulgus. Sed de his hactenus, ne videar quicquam iis refragari quæ cunctis persuasa esse velim, ut qui maxime.

Porro, cum hæc scripsissem, reddite mihi sunt alie litere per *Conrardum*<sup>22</sup>, quæ, preter peregrinationem tuam cum *Bleto*, ac confabulationem piam cum christiano pastore *Zynglio*<sup>23</sup>. superio-

<sup>21</sup> Voyez la lettre précédente, note 7.

<sup>22</sup> Conrad Resch qui avait remis aussi à Le Fèvre une lettre de Farel.

<sup>23</sup> Sur cette visite que Farel et Du Blet firent à Zwingli, voyez les notes des Nos 100, 101 et la lettre précédente.

rem quoque adhortationem tuam <sup>24</sup> perstringunt, ut expendere mihi vel ex hoc sit facile quanto animi ardore istud à me fieri desyderes. quod, ut agnosco rei christiane apprime conducere, ita contendam precibus impetrare a Deo, qui adeò pius est in filios, ut hos nolit in re quapiam angi sollicitudine. sed à se quodcunque querendum prescribat. Interim velim per te certior fieri *de ordine et modo in illis conflictationibus Christianis observato a vobis*. Nam mihi probantur (*sic*) multam spiritus desyderare prudentiam, ac fieri vix posse autumo, ut ventres illi pigri ad nos venire et nobiscum disserere dignentur, qui non ignorem statuta quibus juramentis se addixere, quæ transgredi majori ducant piaculo quàm quodcunque Dei prescriptum.

*Quod ad imprimendos libros vulgari idiomate attinet*, egi cum amicis, qui tuum consilium probant ; sed commodior modus non est illis visus, ob decretum Senatus, quàm si *in nostra urbe Mel-densi* peculiaris esset impressor, qui nostris impensis formaret libros, gratis deinceps sed pauperibus per nos communicandos. Qua in re tuam operam requirimus, ut, si fieri potest, per te nobis matrices aenea <sup>25</sup>, aut quod magis optamus, styli ferrei <sup>26</sup>, matricum quod vocant radices ac capita, nostris quidem sumptibus reddantur, quòd cupiamus *Frobenianam impressionem assequi aut propemodum imitari*. Nihil addubito istis esse complures, qui istiusmodi stylos apparent, cum apud nos pauci sint, et adhuc non admodum industrii. Nec moror sumptus, modò hisce nobis uti liceat: in quam rem quid studii impenderis, fac resciam quamprimum. Nam *ut hoc ad te scriberem primores urbis curarunt, qui tibi bene volunt ex animo* <sup>27</sup>.

Ad extremum si queris quid agam, preter solitas predicationes. in quibus integrum evangelium, et eo quo scriptum est ordine. prosequor, aggressus sum per Dei gratiam epistolas Pauli populo interpretandas per singulos dies, in quibus spero profectum non mediocrem <sup>28</sup>, nec pretermitto Psalterium literatis qui apud nos

<sup>24</sup> Dans cette dernière lettre apportée par Resch, Farel revenait à la charge pour décider Roussel à entreprendre une dispute publique.

<sup>25</sup> Les caractères d'imprimerie.

<sup>26</sup> Les poinçons en fer avec lesquels on frappait les caractères.

<sup>27</sup> Ce détail prouve que Farel avait laissé à Meaux de très-bons souvenirs, et que l'Évangile y avait trouvé dans les hautes classes de zélés partisans.

<sup>28</sup> Voyez le témoignage que rend Le Fèvre à l'activité de Roussel (N° précédent).

sunt, interpretari, excussis pro occasione per me locis qui ad sinceram fiduciam faciant, quique humana prescripta convellant. Quod studium Deus optimus in suum vertat honorem, in quem usum abs te tuique similibus, hoc est Christianis, requiro preces fundi pro me ad Deum, ut detur cum fiducia, utcunque refragentur obluceturque portæ inferi. *annunciare populo verbum Dei*, ac constanter rejicere quæ huic obsunt, etc. !

*Clichtoveus olim noster* <sup>29</sup> pergit pharisiasmum tutari, et jam edidit aliquot libros in *Lutherium*, ex aliorum scriptis suo more consarcinatos, de quibus nihil attinet pronunciare, cum plus satis noveris viri ingenium. Hi nondum impressi <sup>30</sup>; sed mox ac fuerint absoluti, ex officina curabo ad vos perveniant. Dolet mihi deesse quod communicare possim ingeniis quæ apud vos sunt complura: cum istic contra plurima sint quæ ipse requiro, nempe *annotationes Pomerani in Esaiam* <sup>31</sup>, *Lamberti commentarios in Osee et Malachiam* <sup>32</sup>, *Œcolampadii item commentarios in Esaiam* <sup>33</sup> et in *epistolam Joannis* <sup>34</sup>, et alia aliquot quorum nomina non suppetunt. Nondum videre potui *libellum illum de confessione auriculari* <sup>35</sup>, in quo se prodit *simia illa* quam suis bellè depingis plumis <sup>36</sup>: sed

<sup>29</sup> Voyez sur *Josse Clichtow* la lettre du 1<sup>er</sup> janvier 1524, note 4.

<sup>30</sup> Sur la requête de Simon de Colines, le parlement de Paris avait autorisé, le 3 juin 1524, l'impression de l'*Antilutherus* de *Clichtow*. Cet ouvrage parut le 13 octobre de la même année. Le privilège accordé au *Propugnaculum Ecclesie adversus Lutheranos* du même auteur est daté du 1<sup>er</sup> décembre 1525, et l'ouvrage parut chez le même imprimeur le 18 mai suivant.

<sup>31</sup> A notre connaissance il n'existe pas de commentaire de Pomeranus sur Ésaïe. Roussel voulait sans doute parler du commentaire sur les Psalmes. (Voyez le N° précédent, note 19.)

<sup>32</sup> Le commentaire de Fr. Lambert sur *Osée* fut publié à Strasbourg, chez Jean Hervag, en mars 1525. Son commentaire sur Sophonie, Aggée, Zacharie et *Malachie* ne parut qu'en janvier 1526. La méprise de Roussel s'explique par l'avis suivant de Lambert, daté du mois de mars 1525: « Proposueram dudum *nostros in Prophetas duodecim commentarios* ædere... Sicque res conclusa erat, ut putarem illos prius excudendos, quàm multos qui in hunc diem excusi sunt. Proinde, *in ipsis excusis libris, aliquoties horum in Prophetas istos commentariorum meminì, quasi jam emissi essent*. Per errorem igitur factum est hoc. » (Commentaire sur *Osée*, fol. 241.)

<sup>33</sup> Œcolampade avait expliqué Ésaïe à l'université de Bâle dans le courant de l'année 1523. Son commentaire sur ce prophète parut en mars 1525.

<sup>34</sup> Les Sermons d'Œcolampade sur la première Épître de St. Jean parurent en juin 1524. (Voyez plus loin la lettre du 31 juillet.)

<sup>35</sup> Ouvrage d'Érasme. Voyez le N° précédent, note 32.

<sup>36</sup> Voyez la lettre de Nicolas Le Sueur du 15 mai 1524, note 3.

spero mox ut ad nos pervenerit videre. *Zynglii exhortationem*<sup>37</sup> non recepi, quam me recepisse per *Bletum* scribis.

Ut aliquando finiam, in aliis alioqui occupator quàm ut commentari tecum longius possim, abs te obnixè postulo, ut amor qui inter nos *ante illustrationem Evangelii*<sup>38</sup> contractus est per nescio

<sup>37</sup> C'est probablement l'ouvrage mentionné dans la lettre du 20 avril, n. 9.

<sup>38</sup> A quel moment peut-on placer cette « *manifestation de l'Évangile* ? » La question n'intéresse pas seulement la biographie de Farel et de Roussel, mais aussi l'histoire de la Réformation. Ce n'est pas ici le lieu de la traiter avec toute l'étendue qu'elle comporte. Il nous suffira de dire qu'on ne peut guère faire remonter au delà de l'année 1520, sinon les premiers symptômes, du moins les origines décisives de la Réforme française. Jusque vers cette époque Le Fèvre n'en était encore que le précurseur. Les sentiments et les convictions manifestés dans son commentaire de 1512 (Voyez le N° 1) révèlent sans doute un cœur vivement attiré vers l'Évangile ; mais l'influence de cet écrit fut très-restreinte, et la Sorbonne, loin d'en incriminer les doctrines, ce qu'elle eût infailliblement fait si le livre avait produit quelque fermentation dans l'opinion, se contenta de condamner la portion du commentaire où l'auteur niait que la traduction latine du Nouveau Testament fût l'œuvre de St. Jérôme. (Voyez le N° 29, note 3.)

Nous possédons d'ailleurs un témoignage irrécusable, qui établit que le commentaire de 1512 n'était que le prélude bien imparfait de « *la manifestation de l'Évangile*. » Farel, dans son traité du *vray usage de la croix de Jésus-Christ* (p. 206-208), s'exprime ainsi : « Je puis dire en vérité du bon homme *Jaques Faber Stapulencis*, qu'*avant la manifestation de l'Évangile*, laquelle nous avons eue de nostre temps, je n'ay point cognu de tel personnage, et je crie mercy à Dieu, de ce que lors j'ay tant tasché à l'ensuyvre. Mais, combien que ce bon personnage fust *du tout plongé en idolatrie*, néanmoins voyant qu'aucunes femmes avec chandelles allumées faisoient leur prière devant l'image de la déesse *Isis*, il obtint que celle image fust ostée, et qu'une croix noire fust mise au lieu d'icelle .... Or ce bon personnage fit cela que je vien de dire, cependant qu'il estoit encore *en si grosse ignorance* que nous avons tous esté en la Papauté, .... à cause qu'il n'entendoit pas encore pour lors ce qu'il a bien entendu puis après, touchant l'idolatrie qui a esté commise autour de la croix. Or si ce bon homme a fait cela que j'ay dit, du temps de son ignorance et des ténèbres qui estoient si grandes et si espesses par toute la Chrestienté, faut-il aujourd'huy qu'en une telle lumière de l'Évangile, les choses tant détestables et par lesquelles nous avons tant offensé nostre Dieu soyent encore soustenues ? »

*L'événement auquel Farel fait allusion se passait en 1514* (Voyez le N° 17, note 5, et Guy Bretonneau. *Hist. des Briçonnets*, p. 211), et, par conséquent, Le Fèvre était encore, deux ans après avoir publié son commentaire sur St. Paul, « *plongé en idolatrie et en grosse ignorance*. » Il n'en sortit que peu à peu et lentement, sous l'influence du mouvement inauguré par Luther, et qui, pénétrant en France, y fit éclore et fructifier

quæ studia penitenda, in ipsa Evangelii luce indies se promente, amplius accrescat ac major assidue fiat. Vale in Christo, qui solus in tuo regnet pectore! Meldis, 6<sup>a</sup> Julii 1524.

*Caroli Parisiis* degit ac populo Paulum interpretatur<sup>39</sup> in con-  
tionibus quas habet festis diebus in parochia *beati Pauli*, non sine  
magno Evangelii profectu, ut audio, etc.

(*Inscriptio* :) Christiane rei faventiss[imo] Guillelmo Farello.  
Basileæ.

(Farel a écrit sur l'adresse :) • Remittantur omnibus curatis ut  
rescribere possim. •

## 105

JEAN CANAYE à Guillaume Farel.

De Paris, 13 juillet (1524).

Inédite. Copie ancienne. Bibl. Imp. Coll. Du Puy, vol. 103-105.

**SOMMAIRE.** L'étude des auteurs grecs et latins, que j'avais entreprise l'an passé, aîn d'acquérir une intelligence plus complète de l'Écriture sainte, a été fréquemment interrompue par la maladie. Cette circonstance n'excuse pas mon silence. Pourrais-je, sans être coupable, oublier un maître que ses leçons, une longue intimité et surtout le lien d'une foi commune, nourrie par nos entretiens journaliers avec Le Fèvre, m'ont rendu si cher? Nous vous aurions écrit, pendant  *votre séjour en Guyenne*, sans la persécution qui vous a contraint à quitter précipitamment ce pays. Dès lors *Miles [Perrot]* n'a reçu de vous qu'une seule lettre.

Nous sommes heureux de vous savoir à *Bale*, dans cet asile où l'Évangile est prêché et déploie sa vertu. Il était aussi prêché naguères au milieu de nous; mais *comme tout a changé depuis votre départ!* On revient aux traditions vieilles; la parole de Dieu est négligée, et les fidèles ne l'interprètent plus qu'en tremblant;

les germes d'émancipation religieuse qui étaient demeurés jusque là, chez Le Fèvre et dans son entourage, vivants, sans doute, mais cachés. Ce qui prouve en outre que les vues religieuses de Le Fèvre ont eu à subir un long développement avant qu'il se décidât à adopter certaines idées de la Réforme, c'est qu'on le voit encore en 1519 admettre et défendre le culte des Saints et l'efficace des prières pour les morts. (V. le N° 19, note 1, le N° 20, note 18, et le N° 97, note 5.)

On trouvera peut-être un nouvel argument en faveur de notre thèse dans les notes de la lettre du 7 septembre 1527, où nous chercherons à déterminer l'époque approximative de la conversion de Farel.

<sup>39</sup> Voyez le N° précédent, note 57.

*Gerard [Roussel]*, qui était notre espoir, nous a fait une ou deux visites seulement, sans aucune prédication. C'est ainsi que les faibles en la foi sont exposés à périr. Venez à notre aide, et que vos lettres nous fassent participer à l'édification que vous retirerez de vos relations avec des hommes vraiment évangéliques.

Guillelmo Farello Christianæ pietatis sincero cultori s[alutem] in Christo Joannes Canaius <sup>1</sup>.

Præclarè equidem mecum actum existimarem, si ita fortuna tu-  
lisset, ut proximè, superiore anno, in studio cœpto in litteras et  
Græcas et Latinas, sine interpellatione versari potuissem. Sic  
enim *eruditionem illam*, non sane quam omnes (ut ais <sup>2</sup>) adorent,  
sed *verbo Dei intelligendo maximum vel potius necessarium sub-  
sidium*, comparaturum fuisse, facilitè mihi persuadeo, — quum Græci  
Latinique autores qui libros sacros vel scripserunt, vel transtule-  
runt, vel exposuerunt, non tam exquisitam doctrinam requirant,  
sed à mediocriter docto intelligi possint. Nam linguam hebræam  
alio tempore mihi descendam satis esse existimo, quum pauci sint  
hic qui illam sciant, aut, si sciant, non omnibus sui adeundi copiam  
faciant <sup>3</sup>. Insuper, quod omnibus majus est, quum sacrorum intelli-  
gentia magis à spiritu illo summo qui ubi vult spirat, petenda sit,  
quàm longo studio multisque vigiliis speranda. Sed toties morbis  
expugnatus fui, ut in linguis, quibus me ornatum videris appellitare,  
nihilò peritior quàm *quum apud nos eras* <sup>4</sup>, evaserim.

Nolim tamen hoc à me dictum existimes quò vel noxà me exi-  
mam quam nunc video magnam admisisse, quòd ad te non scrip-  
serim. Cui certe me, ubi nihil inter nos intercederet aliud quàm  
*quod unà diu vixerimus, eadem studia coluerimus, tu præceptor, ego  
discipulus fuerim* <sup>5</sup>, devinctissimum negare non possum. At pro-  
fectò multò plura majoraque sunt quæ me tibi arctissimè devinxerunt :  
imprimis tamen *charitas illa christiana, panisque ille* ἐπιτοσίος

<sup>1</sup> Voyez la lettre du 1<sup>er</sup> janvier 1524, note 9. La copie de la présente lettre de Canaye est très-incorrecte. Elle porte en tête la note suivante, que Farel avait peut-être écrite sur le manuscrit original: « *Deploratio Gallicanæ corruptionis.* »

<sup>2</sup> On lit dans la copie « ut vis. »

<sup>3</sup> L'Université avait eu pendant les années précédentes un professeur de langue hébraïque. Valentin Tschudi écrivait de Paris le 10 janvier 1519: « *Profitetur linguam hebraicam Augustinus Justinianus, episcopus Nebien-  
sis, ... qui biennio aut ultra hebraice legendo nobiscum mansurus est, publico stipendio à Gallorum rege ad id conductus.* » (Zuinglii Opp. VII, 62.) On voit par la lettre de Canaye que cet enseignement public n'existait plus.

